UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LVII. De iustitia. Et primo de iure.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

quæ directè opponuntur prudentiæ manifeſta contrarietate, non ita pertinent ad iniuſtitiam, ſicut executio aſtutiæ. Et ideo non ita prohibentur in lege, ſicut fraus, & dolus, quę ad iniuſtitiam pertinent.

Ad secundum dicẽdum, quòd omnis fraus, uel dolus commiſſa in his, quæ ad iniuſtitiam pertinẽt, poteſt intelligi eſſe prohibita, Leuit. 19. in prohibitione calumnię. Præcipue autem ſolet fraus exerceri, & dolus in emptione, & uenditione, ſecundum illud Eccl. 26. Non iuſtificabitur caupo a peccato labiorum. Propter hoc ſpecialiter præceptum prohibitiuum datur in lege de fraude circa emptiones & uenditiones commiſſa.

Ad tertium dicendum, quòd omnia pręcepta de actibus iuſtitiæ in lege data, pertinent ad execu- B tionem prudentiæ: ſicut & præcepta prohibitiua data de furto, calumnia, & fraudulenta uenditione p̃tinent ad executionem aſtutiæ.

Qvaestio LVII.

De Iure, in quatuor articulos diuiſa.

Consequenter poſt prudentiam conſiderãdum eſt de iuſtritia.

¶ Circa quam quadruplex cõſideratio occurrit. Prima eſt, de iuſtitia: ſecunda, de partib. eius: tertia, de dono ad hoc perti- C nente: quarta, de præceptis ad iuſtitiam pertinentibus.

¶ Circa iuſtitiam uerò conſiderãda ſunt quatuor. Primò quidem, de iure: ſcd̃ò, de ipſa iuſtitia: tertiò, de iuſtitia: quartò, de iudicio.

Circa primum quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ius ſit obiectũ iuſtitiæ.

¶ Secũdò, vtrũ ius cõueniẽter diuidat ĩ ius naturale, & poſitiuũ.

¶ Tertiò, Vtrum ius gentium ſit idem quod ius naturale. D

¶ Quartò, Vtrum ius dominatiuum, & paternum debeat ſpecialiter diſtingui.

Articvlvs primvs.

Vtrum ius ſit obiectum iuſtitiæ.

Ad primvm ſic procedit. Videtur, quòd ius nõ ſit obiectum iuſtitię. Dicit enim * Celſus Iuriſconſultus, quòd ius eſt ars boni, & æqui: ars autem non E eſt obiectum iuſtitiæ, ſed p̃ ſe uirtus intellectualis. ergo ius non eſt obiectum iuſtitiæ.

¶ 2 Præt. Lex, ſicut † Iſidorus dicit in lib. Etymol. iuris eſt ſpecies: lex autem non eſt obiectum iuſtitię, ſed magis prudentiæ. unde & † Philoſ. legiſpoſitiuam, partẽ prudentiæ ponit. ergo ius non eſt obiectum iuſtitiæ.

¶ 3 Pręt. Iuſtitia pr̃icipaliter ſubii- A cit hominem Deo. Dicit enim * Aug. in lib. de moribus Eccleſiæ, quòd iuſtitia eſt amor tantũ Deo ſeruięns, & ob hoc bene imperãs cæteris, quæ homini ſubiecta sũt: ſed ius nõ pertinet ad diuina, ſed ſolum ad humana. dicit enim * Iſidor. in libr. Etymol. quòd fas lex diuina eſt, ius autem lęx humana. ergo ius non eſt obiectum iuſtitię.

Sed contra eſt, quod * Iſidorus dicit in eodem, quòd ius dictum eſt, quia eſt iuſtum: ſed iu- B ſtum eſt obiectum iuſtitiæ. Dicit enim † Philoſop. in 5. Ethic. quòd omnes talem habitum uolunt dicere iuſtitiam, a quo operatiui iuſtorum ſunt. ergo ius eſt obiectum iuſtitiæ.

Respon. Dicendum, quòd iuſtitiæ proprium eſt inter alias uirtutes, ut ordinet hominem in his quæ ſunt ad alterum. Importat enim æqualitatem quandam, ut ipſum nomen demonſtrat. Dicuntur enim uulgariter ea quæ adæquantur, iuſtari: æqualitas autem ad alterum eſt. Alię autẽ uirtutes C perficiũt hominem ſolum in his, quæ ei conueniunt ſecundum ſe ipſum. Sic ergo illud, quod eſt rectum in operibus aliarum uirtutum, ad quod tendit intentio uirtutis quaſi in proprium obiectũ, non accipitur niſi per comparationem ad agentem. Rectũ uerò, quod eſt in opere iuſtitię, etiam præter comparationẽ ad agentẽ, conſtituitur per cõparationẽ ad aliud. Illud. n. in opere noſtro dicitur eſſe iuſtum, quod reſpondet ſecundum aliquam ęqualitatem D alteri, puta, recompenſatio mercedis debitę pro ſeruitio impenſo. Sic ergo iuſtum dicitur aliquid, quaſi habens rectitudinem iuſtitię, ad quod terminatur actio iuſtitiæ, etiam nõ conſiderato qualiter ab agẽte fiat: ſed in aliis uirtutibus non determinatur aliquid rectum, niſi ſecũdũ quod aliqualiter fit ab agẽte. Et pp hoc ſpecialiter iuſtitiæ præ aliis uirtutibus, determinatur ſecundum ſe obiectum, qđ uocatur iuſtum: & hoc quidem eſt ius. Vnde manifeſtũ E eſt quòd ius eſt obiectum iuſtitię.

Ad primvm ergo dicendum, quòd conſuetum eſt, quòd nomina a ſui prima impoſitione retorqueantur ad alia ſignificanda. Sicut nomẽ medicinę impoſitum eſt primo ad ſignificãdum remedium, quod præſtatur infirmo ad ſanãdũ, deĩde tractũ eſt ad ſignificandã artẽ, qua hoc fit: ita ẽt hoc nomẽ Ius, primo ĩpoſitũ eſt ad ſignificãdũ ipsã rẽ iuſtã: poſtmodũ

¶ *Super quæſt. quinquageſimam ſeptimam.*

IN hac quęſt. 57. incipit quinta pars huius libri, tractans de uirtute iuſtitiæ, & extenditur uſque ad quæſtionem 122. incluſiuè.

¶ *Super quæſtionis quinquageſimæ ſeptimæ articulum primum.*

IN artic. 1. q. 57. dubium occurrit circa differentiam inter rectum ſecundum iuſtitiam, & alias uirtutes, quoniam uidetur undique falſa. Nam aut intelligitur de ipſis operibus, ut ſunt a uirtutibus, aut abſolute. Si ut sũt a uirtutibus, conſtat quòd commune eſt omni operi uirtuoſo, inquantum huiuſmodi, eſſe ab operante ſic, ut deſcribitur ſecundo Eth. ſ. ſciente, & ex electione, & propter finem ad uirtutem, & immobiliter. Et in hoc non eſt differentia inter rectum ſecundum iuſtitiam, & alias uirtutes. Si uerò abſolute conſtat & quòd temperatum, & forte opus fieri poteſt, & tamen male ab agente, ut patet de exercente hæc propter hypocriſim, uel aliud malum. In his enim eſt rectũ opus ſecundum temperantiæ rationem, non conſiderato qualiter ab agẽte fiat. Et rurſus, rectũ ſecũdũ iuſtitiã nõ determinatur in ordine ad alterũ, nõ conſiderato qualiter ab agẽte fiat, quoniam oportet conſiderare potẽtiam agẽtis. Nam non eſt iuſtum creditori ſoluere impotentem. Et ſimiliter oportet circũſtantias alias ex parte agentis conſiderare ad iuſti rõnem: nõ enim tenetur occupatus maioribus, & inuentus in tali loco &c. debitum ſoluere, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ dubium ex minore intellectu literæ procedit. Differentia ſiquidem prima inter rectum ſecundũ iuſtitiã, & alias morales uirtutes, ẽ, ꝙ opus rectũ ſ̃m alias uirtutes cõſtituitur in eſſe recti commenſuratione ad operantem. Rectum uerò opus ſecundum iuſtitiam cõſtituitur in eſſe recti commenſuratiõe ad alterum: ita quod inter opera ipſa non ut ſunt a uirtutibus, ſed abſolute, eſt differentia hæc, ꝙ nullum opus dicitur tẽperatum, niſi quia eſt commenſuratũ operanti: & ſimiliter, nullum forte. Iuſtum autem uere dicitur, ſi ẽ cõmenſuratũ alteri.

¶ Ad id autem, quod obiicitur de opere temperato hypocritæ & ſimilium, dicitur, quod opus taliũ pro tanto eſt temperatum, pro quãto eſt cõmenſuratum operanti, licet mala intentione. Non. n. ſpectat ad huiuſmodi cõmenſurationes ordinatio talium operũ ad bonum, uel malũ finem, ſed quis ſit terminus, ad quem referuntur. ſ. operans, uel alter.

¶ Ad id uerò quod ex parte iuſti obiicitur, reſpondetur, ꝙ aliud eſt loqui de iuſto abſolute, aliud eſt loqui de executione, ſeu exhibitione iuſti. Nos loquimur de ipſo iuſto abſolutè, quo ſcilicet conſtituitur in eſſe iuſti, & dicimus de commẽſuratione ad alterum: obiectiones uerò loquuntur de executione iuſti. Creditori namque centum aureorum iuſtũ eſt abſolutè, ut reddantur centum aurei. An autem hic debitor factus impotẽs

Ca. 15. circa mediũ to. 1.

Lib. 5. ca. 2.

Lib. 5. c. 3. in princi.

Lib. 5. c. 1. in prin. tom. 5.

teneatur ad executionem huius iuſti: & ſimiliter, an in tali tempore, loco, uel caſu, debeat fieri exhitio, alia queſtio eſt.

¶ Ex hac autem eſſenciali differentia inter opus rectum ſecundum iuſtitiam, & alias uirtutes, ſequuntur duæ aliæ. Prima eſt, quòd in opere iuſto non conſideratur qualiter fit ab agente: in opere uerò tẽperato hoc attenditur. Non enim in reddente centum aureos creditori, uariatur ipſum iuſtum, quia reddit ex odio, uel inuidia, aut inani gloria. Sat enim eſt quòd reddit, quod debet: ſed in temperato opere, puta, ſobrietate attenditur, an ex auaritia, an ex timore uidentiũ &c. faciat. Et ratio eſt, quia ex parte eiuſdem termini, quem reſpicit commenſuratio temperati operis, omnia iſta ſe tenent, ſcilicet ex parte operantis: in opere uerò iuſti non tenent ſe iſta ex parte alterius, ad quem dicitur iuſtum, ſed ex parte operantis. Secunda eſt, quòd doctores propter eãdem rationem non dederunt aliis uirtutibus obiectum ſecundum ſe, ſed ſolum iuſtitiæ. Et omnes hæ differentiæ tanguntur in litera. Nam prima, quæ eſt radix omnium, exprimitur, dicendo, Rectum in operibus aliarum uirtutum, non accipitur, niſi per comparationem ad agentem: rectum uerò quod eſt in opere iuſtitiæ, conſtituitur per comparationem ad aliud. Secunda autem ſubiũgitur ibi, Sic ergo iuſtum &c. etiam non conſiderato qualiter ab agente fiat, ſed in aliis uirtutibus &c. Tertia uero, cùm ſubditur, Et propter hoc ſpecialiter &c.

Li. 5. Etym. c. 3. parum a prin.

Inf. q. 60. ar. 5. cor. & 1. 2. q. 95. art. 4. cor. & 5. Ethi. lect. 12. fin. 1.

¶ Super quæſtio. quinquageſimæſeptimæ articulum ſecundum.

IN arti. 2. in reſponſione ad primum, nota tria. Primò, ſenſum illius maximæ, Naturale eſt immu-

Li. 5. Ethi. c. 7. in prin. to mo 5.

autem eſt deriuatũ ad artem, qua F cognoſcitur quid ſit iuſtũ. Et ulterius ad ſignificandum locum, in quo ius redditur, ſicut dicitur aliquis comparere in iure. Et ulterius dicitur ẽt ius, quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iuſtitiam facere, licet etiam id qđ decernit, ſit iniquum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſicut eorum quę per artem exterius fiunt, quædam ratio in mente artificis pręexiſtit, quę dicitur regula artis: ita etiam illius operis iuſti, quod rõ determinat, quędã G ratio præexiſtit in mente, quaſi quædam prudentiæ regula: & & hoc ſi in ſcriptum redigatur, uocatur lex. Eſt. n. lex ſecundum * Iſido. conſtitutio ſcripta: & ideo lex non eſt ipſum ius, propriè loquendo, ſed aliqualis ratio iuris.

Ad tertivm dicẽdum, quòd quia iuſtitia æqualitatem importat, Deo autem non poſſumus æquiualens recompẽſare, inde eſt, quòd iuſtum ſecundum perfectã rõnem non poſſumus reddere Deo: & propter hoc non dicitur H proprie ius lex diuina, ſed fas, qa videlicet ſufficit Deo, ut impleamus quod poſſumus. Iuſtitia tñ ad hoc tendit, ut homo, quãtum poteſt, Deo recompẽſet totaliter animam ei ſubiiciens.

Articvlvs II.

Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale, & ius poſitiuum.

AD secvndvm ſic procedit. Videtur, quòd ius non conuenienter diuidatur in ius naturale, & ius poſitiuum. Illud. n. qđ I eſt naturale, eſt immutabile, & idem eſt apud omnes. non autem inuenitur in rebus humanis aliquid tale: quia omnes regulæ iuris humani, in aliquibus caſibus deficiunt, nec habent ſuam uirtutem ubique. ergo non eſt aliquod ius naturale.

¶ 2 Præt. Illud dicitur eſſe poſitiuum, quod ex uolũtate humana procedit: ſed non ideo aliquid eſt K iuſtum, quia a uoluntate humana procedit, alioquin uoluntas hoĩs iniuſta eſſe non poſſet. ergo cũ iuſtum ſit idem quod ius, uidetur quòd nullum ſit ius poſitiuum.

¶ 3 Præt. Ius diuinum non eſt ius naturale, cùm excedat naturã humanam: ſimiliter etiam nõ eſt ius poſitiuum, quia non innititur authoritati humanę, ſed authoritati diuinæ. ergo inconuenienter diuiditur ius ꝑ naturale, & poſitiuũ.

Sed contra eſt, qđ * Philoſ. dicit in 5. Ethic. quòd politici iuſti hoc quidem naturale eſt, hoc autem legale, ideſt, lege poſitum.

Respon. Dicendum, quòd ſicut * dictum eſt, ius, ſiue iuſtum eſt aliquod opus adęquatum alteri ſecundum aliquem ęqualitatis modum. Dupliciter autem põt alicui homini eſſe aliquid adæquatum. Vno quidem modo, ex ipſa natura rei, puta, cùm aliquis tantum dat, ut tantũdem recipiat, & hoc uocatur ius naturale. Alio modo, aliquid eſt adæquatũ, vel G commenſuratum alteri ex condicto, ſiue ex communi placito, q̃do. ſ. aliquis reputat ſe contentũ, ſi tñ accipiat: quod quidem põt fieri dupliciter. Vno modo, per aliquod priuatum condictum, ſicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas ꝑſonas. Alio modo ex condicto publico, puta, cũ totus populus conſentit, ꝙ aliquid habeatur quaſi adæquatum, & comm[...] teri, vel cũ hoc ordinat princeps, qui c[...] habet, & eius ꝑſonã gerit: & hoc dr iu[...]

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ illu[...] H naturale habens naturam immutabilem [...] ſit ſemper, & ubique tale. Natura autem [...] mutabilis, & ideo id quod naturale eſt h[...] teſt aliquãdo deficere: ſicut naturalem [...] habet, ut deponenti depoſitum redde[...] ſet, quòd natura humana ſemper eſſet r[...] ſet ſemper ſeruandum: ſed quia quando[...] git, ꝙ uoluntas hominis deprauatur, e[...] in quo depoſitum non eſt reddendum [...] uerſam uoluntarem habens, male co[...] ta, ſi furioſus, vel hoſtis reip. arma depo[...]

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ uolun[...] ex communi condicto poteſt aliquid fi[...] in his, quæ ſecundum ſe non habent ali[...] I gnantiam ad naturalem iuſtitiam, & in [...] cum ius poſitiuum. Vnde * Philoſ. dicit [...] legale iuſtum eſt, quod ex principio q[...] differt ſic, uel aliter: quando aũt poſitum [...] ſi aliquid de ſe repugnantiam habeat ad [...] le, non põt uolunrate humana fieri iuſt[...] ſtatuatur, ꝙ liceat furari, vel adulterium [...] unde dicitur Iſaię decimo. Væ qui cond[...] iniquas.

Ad tertivm Dicendum, quod i[...] dicitur quod diuinitus promulgatur. E[...] partim eſt de his, quę ſunt naturaliter [...] corum iuſtitia homines later: partim a[...] K quæ fiunt iuſta inſtitutione diuina. V[...] diuinum per hæc duo diſtingui poteſt, [...] humanum. Sunt enim in lege diuina [...] cepta, quia bona: & prohibita, quia mal[...] ro bona, quia præcepta: & mala, quia p[...]

Articvlvs III.

Vtrum ius gentium ſit idem cum iure naturali.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd ius gentium ſit idem cũ iure naturali. Non. n.

plicitet,ut in ar.4.in reſponſione ad ultimum dicitur:& tamé inter patrem & filium eſt ius naturale,ut in ar.3.dicitur Ius.n.naturale exigit,quòd pater nutriat filium. Qũo ſtant hæc ſimul?

¶ Ad hoc dicitur,quòd quemadmodũ ius diſtinguitur in ius ſimpliciter,& ſecundum quid: ita ius naturale diſtinguendum eſt in naturale ius ſimpliciter, & ſecundum quid. Comedere.n.& bibere,& conſeruare ſeipſum naturalis iuris eſt non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quia eiuſdem ad ſeipſum non eſt proprie ius,quoniam ad alterũ proprie eſt. Et ſimile eſt in propoſito de patre, & filio. Et ſcito, ꝙ cũ dicitur ius naturale ſecundũ quid ſeu deficiens, ſeu ſimilitudinarium,nihil horum cadit ſupra ly naturale, ſed ſupra ly ius: ita quod ius, ſeu iuſtũ eſt ſecundũ quid, quia rõ iuris ſaluatur ſecundum aliquid, & non perfecte. Rõ autem naturalitatis perfectiſſime ſaluatur in omnibus iſtis. Et propterea pro claritate ſenſus debet dici ius ſimpliciter, uel ſecundum quid, & poſtea addere naturale. Non obſtant ergo articuli tertij uerba articulo quarto.

¶ In eodem articu.4. dubium occurrit circa hoc, ꝙ iuſtum paternum dicatur per defectum a iure ſimpliciter, tũ quia inter patrem & filium eſt iniuſtum ſimpliciter. ergo & iuſtum: quoniam ut in 5.Ethic.dicitur,quot modis dicitur unum, tot dicitur & reliquum. Aſſumptum patet,quoniam ſi filius percutiat,uel occidat patrem,iniuſtiſſimus eſt magis quã occidens quemcumque alium. tum quia ratio allata ex Ariſtot.in litera,claudicat, quoniá licet filius ſit aliquid patris,& ſeruus aliquid domini, non eſt tamen econuerſo. Pater.n.nihil eſt filii, & dominus nihil eſt ſerui.

¶ Ad hoc dicitur,quòd cum eiuſdé ad ſeipſum nõ ſit proprie ius: ſed iuris rõ exigat, quòd ſit inter duos nõ qualitercũque diſtinctos, ſed ſic,ut unus nõ ſit aliquid alterius,ea rõne, quia ſi unum eſt aliquid alterius,non duobus,ſed uni,uel quaſi uni datur quicquid datur. Si enim aliqua duo ſe habent ut totum & pars, quicquid boni uel mali euenit parti,patet ꝙ eueniat toti,cuius eſt illa pars,& econuerſo. Quicquid euenit toti,euenit parti,quæ eſt in illo toto. Ita quòd licet malum,aut bonum primo parté, uel totum afficiat,redundat tamen ex parte in totum, uel ex toto in partem: neutrum.n.alienum eſt ab altero. Oportet ergo aliena ab inuicem eſſe,inter quæ eſt ius ſimpliciter, quale eſt in commutationibus. De tali enim eſſe ſermonem materia ipſa oſtendit.

¶ Ad primam autem obiectionem dicitur, quòd inter patrem & filium,nec iuſtum,nec iniuſtum ſimpliciter eſt:ſed quemadmodũ inter eos eſt pluſquam ius,quia eſt unitas: ita eſt etiam pluſquam iniuſtum,quia eſt uiolatio unitatis,quæ peior eſt uiolatione iuris. Vnde ſicut occidere ſeipſum eſt ſumme contrarium naturæ,& peius cæteris homicidiis,quia uiolatur identitas,quæ plus eſt,quàm equalitas,in qua conſiſtit ius:ita cùm filius occidit patrem, aut econuerſo,quia quaſi contra ſeipſum conſurgit, peius quàm iniuſtum committit,quod in ęqualitate conſtituitur.

¶ Ad ſecundum autem dicitur,quòd licet pater non ſit aliquid filii:ex hoc ipſo tamen,quòd filius eſt aliquid patris, habetur quòd ex neutra parte eſt iuſtũ ſimpliciter: quoniá ex hoc ipſo habetur, ꝙ non ſe habent ut duo totaliter diſtincta. Et ſimile eſt de domino ac ſeruo,ſecundum aliud tamen eſſe, quia pater & filius accipiuntur ſecundum eſſe naturæ: dominus autem & ſeruus ſecundum eſſe operatiuum,uel poſſeſſiuum. Seruus enim eſt uelut pars

A poſſeſſionis, & operis domini. Filius autem eſt pars, ſeparata tamen patris ſecundum eſſe naturale.

¶ In eodem 4.articu. in reſponſione ad ſecundum ſpecialiter eſt dubium ſimpliciter, & ad hominem, An inter patrem & filium, vt ſunt quidam homines, ſit iuſtum ſimpliciter. Et ad hominem quidem, authorem ſcilicet, dubium occurrit: quia in litera dicitur, quòd inquantum vterque eſt homo, aliquo modo eſt ad eos iuſtitia. Aut enim author intendit, quòd inter hos inquatum homines, eſt iuſtitia ſecundum quid, & ſic coincidit ſecũdum membrum cum primo membro: quia etiam inter eos, inquantum ſunt pater & filius, eſt iuſtitia ſecundum quid, alioquin non eſſet formalis ſermo de iuſto paterno. Aut intendit,quòd inter eos inquantum homines, eſt iuſtitia ſimpliciter, & ſic male dicitur in litera, quod aliquo modo ad eos eſt iuſtitia. Si enim eſt iuſtitia ſimpliciter, non eſt aliquo modo, ſed ſimpliciter: & ſi aliquo modo, non eſt ſimpliciter. Occurrit autem dubium ſimpliciter, quia inter patrem & filium, vt ſunt quidã homines, ſaluatur perfecte ratio iuſti, quia ſaluatur perfecte ratio alietatis ab inuicem. Neuter.n. vt ſic, eſt aliquid alterius, ſed quilibet ſui proprij eſſe,& operari eſt. Et confirmatur,quia filius habet aliquid quod nõ eſt patris, D ſecundum leges ciuiles, vt peculium caſtrenſe: & ſimiliter poſſet agere contra patrem ratione enormis iniuriæ. Eſt igitur inter eos vt ſunt quidam homines, iuſtum ſimpliciter.

¶ Ad hoc dicitur,ꝙ cùm ab Ariſtot. & authore,inter patrem & filium negatur iuſtum abſolute, & ponitur iuſtum tale, ſcilicet paternum,non eſt ſenſus,ꝙ inter patrem & filium vt ſic, ponatur tale iuſtum,ſcilicet,ꝙ inter illum hominem,qui eſt pater, & illũ qui eſt filius, non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed tale. Ita quòd non intendimus diſtinguere duplex iuſtum inter eos, alterum, vt eſt pater & filius,& alterum vt ſunt quidam homines: ſed intendimus per hanc diſtinctionem radices,rationeſque explicare, unde prouenit quod inter eos ſit ius tale. Ex eo namque quòd ſunt homines quidam,eſt inter eos ius: ex eo autem quòd ſunt pater & filius,deficit illud ius ab abſoluta iuris ratione,& determinatur ad tale, ſcilicet paternum: & hic eſt planus ſenſus literæ. Nec eſt ſermo non for- E malis: ſed pater & filius rationem inſinuant diminutiuam iuris in illis perſonis, & non arctant ad patrem & filium excluſis eorum perſonis. Vnde patet quòd nullum reſtat dubium ad hominem, quod ex malo intellectu literę oriebatur.

¶ Ad dubium auté ſimpliciter dicitur, ꝙ cùm inter illos, qui ſunt pater & filius,non ſit iuſtitia, niſi ſecundum aliquid, verbi gratia, ſecundum peculium caſtrenſe, vel in aliquo caſu, puta, enormis iniuriæ, ex hoc ipſo patet, ꝙ inter eos non eſt iuſtitia ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

¶ Sed hæc reſponſio non conſonat principiis concluſionis, neque oportet quòd inter quoſcumque eſt iuſtitia, ſit iuſtitia ſimpliciter ſecundum omnia. Dicendum ergo ex principio concluſionis eſt, quòd quia illi homines,qui ſunt pater & filius, non ita ſunt diuerſi,quin ſimpliciter, & abſolute ſint totum & pars: nam vna pars patris,ſemen ſcilicet,quod ex ſubſtantia patris deciſum eſt, eſt filius,ac per hoc bonũ,vel malũ vnius non eſt alienũ a reliquo. Et peculium ſiquidem caſtrenſe ex hoc ipſo quòd eſt filij, eſt patris, quia eſt ſuæ partis, & accuſatio alterius eorum in reliquum

omnes homines conueniunt, niſi in eo quod eſt eis naturale: ſed in iure gentium omnes homines conueniunt. dicit enim* Iuriſconſultus,quòd ius gentium eſt, quo gentes humanæ utuntur. ergo ius gentium eſt ius naturale.

¶ 2 Præt. Seruitus inter homines eſt naturalis: quidam enim ſunt naturaliter ſerui,ut* Philoſo. probat in 1. Polit. ſed ſeruitutes pertinent ad ius gentium,ut† Iſidor. dicit. ergo ius gentium eſt ius naturale.

¶ 3 Præt. Ius,ut* dictum eſt, diuiditur per ius naturale,& poſitiuũ: ſed ius gentium non eſt ius poſitiuum. non enim omnes gẽtes unquam conuenerũt,ut ex communi condicto aliquid ſtatuerent. ergo ius gentium eſt ius naturale.

Sed contra eſt,quod* Iſido. dicit,quòd ius aut naturale ẽ, aut ciuile, aut gentium: & ita ius gentium diſtinguitur a iure naturali.

Respon. Dicendum, quòd ſicut* dictum eſt,ius ſiue iuſtum naturale eſt, quod ex ſui natura eſt adæquatum, uel commenſuratum alteri: hoc autem poteſt contingere dupliciter. Vno modo ſecundum abſolutam ſui conſiderationem: ſicut maſculus ex ſui ratione habet commenſurationem ad feminam, ut ex ea generet:& parens ad filium,ut eum nutriat. Alio modo,aliquid eſt naturaliter alteri commenſuratum non ſecundum abſolutam ſui rationem, ſed ſecundum aliquid, quod ex ipſo ſequitur, puta, proprietas poſſeſſionum. Si enim conſideretur iſte ager abſolute, B non habet unde magis ſit huius, quam illius. ſed ſi cõſideretur per reſpectum ad opportunitatem colendi,& ad pacificum uſum agri, ſecundum hoc habet quandam commẽſurationem ad hoc, quod ſit unius, & non alterius, ut patet per * Philoſop. in ſecundo Politico. abſolute autem apprehendere aliquid non ſolum conuenit homini, ſed etiam aliis animalibus. & ideo ius, quod dicitur naturale, ſecundum primũ modum, commune eſt nobis, & C aliis animalibus. A iure autem naturali ſic dicto recedit ius gentium,ut Iuriſconſultus dicit,quia illud omnibus animalibus, hoc ſolum hominibus inter ſe commune eſt. Conſiderare autem aliquid comparando ad id,quod ex ipſo ſequitur, eſt proprium rationis:& ideo hoc idem eſt naturale homini ſecundum rationem naturalem,quæ hoc dictat: & ideo dicit * Caius Iuriſconſultus.

li.2.c.3.to.5

In digeſto ueteri lib.1. ti.1.lege 9.

redundat. Vnde ſi dá naretur filius, non eſſet a damnatione extraneus pater. Et hoc experientia teſtatur. Propter hoc enim. Seleucus Locrenſiũ princeps, cum filio uterque eſſet eruendus oculus, inter ſe & filium eruendos diuiſit oculos. Propter hoc quoque Dauid occiſo Amon ab Abſalom, parcendo Abſalom, ſibiipſi pepercit. Nõ eſt igitur, abſolute loquendo, inter patrem & filiũ iuſtum ſimpliciter, quomodocũque ſumantur.

Lib.1.c.3.In fi.præcipue tom.5.

F Quod naturalis rõ inter omnes hoĩes conſtituit id, qđ apud omnes gentes cuſtoditur, uocaturq; ius gentium. Et per hoc patet reſponſio ad Primum.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ hũc hominem eſſe ſeruum abſolute conſiderãdo, magis quàm aliũ, nõ hẽt rõnem naturalẽ: ſed ſolum ſ̃m aliquam utilitatẽ conſequentẽ, inquantũ utile eſt huic, ꝙ regatur a ſapientiori, & illi ꝙ ad hoc iuuetur, ut dicitur in 1.* Polit. Et ideo ſeruitus pertinẽs ad ius gentium eſt naturalis ſecundo modo, ſed non primo modo. G

Ad tertivm dicendũ, ꝙ quia ea quæ ſunt iuris gentiũ, naturalis ratio dictat, puta, ex propiquo habentia æquitatem: inde eſt, ꝙ non indigent aliqua ſpeciali inſtitutione, ſed ipſa naturalis ratio eam inſtituit, ut * dictũ eſt in authoritate inducta.

*Arg.1.& i fin.corp.ar.

Articvlvs IIII.

Vtrum debeat ſpecialiter diſtingui ius paternum & dominatiuum.

Infra q 58. ar.7.ad 3. Et 2.diſt.44 q. 2.a.1.cor. Et 5.Eth.lec.11. *lib.1.de officiis.ca. 24. circa finem tom. 1. †ar.1.hui⁹ q. †art.1. ad 1. *1 2. q. 90 ar.2.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur quòd nõ debeat ſpecialiter diſtingui ius paternum & dominatiuum. Ad iuſtitiam.n. pertinet reddere unicuique quod ſuũ eſt, ut dicit* Ambr. in 1. de Officiis: ſed ius eſt obiectum iuſtitię, ſicut † dictum eſt. ergo ius ad unumquemque ęqualiter pertinet: & ſic non debet diſtingui ſpecialiter ius patris & domini. H

¶ 2 Præt. Ratio iuſti eſt lex, ut† dictum eſt: ſed lex reſpicit commune bonum ciuitatis, & regni, ut ſupra * habitum eſt, non autem reſpicit bonum priuatum unius perſonæ, aut etiã unius familiæ. non ergo dẽt eſſe aliquod ſpeciale ius, uel iuſtum dominatiuum, uel paternum, cùm dominus & pater pertineant ad domum, ut dicitur in 1.† Politic.

† ca.3.to 5.

¶ 3 Præter. Multæ aliæ ſunt differentię graduum in hominibus, utputa, quòd quidam ſunt milites, quidam ſacerdotes, quidam principes. ergo ad eos dẽt aliquod ſpeciale iuſtum determinari. I

Li.5.c.6. circa finẽ to.5

Sed contra eſt, qđ* Phil. in 5. Eth. ſpãliter a iuſto politico diſtĩguit dñatiuũ & pr̃nũ, & alia hmõi.

Respon. Dicendum, quòd ius, ſiue iuſtum dicitur per commenſurationem ad alterum. Alterum autẽ põt dici dupliciter. Vno modo, ꝙ ſimpliciter eſt alterum, ſicut quod eſt omnino diſtinctum: ſicut apparet in duobus hominibus, quorũ unus non eſt ſub altero, ſed ambo ſunt ſub uno principe ciuitatis: & inter tales ſecundum* Philoſ. in 5. Ethic. eſt ſimpliciter iuſtum. Alio modo dicitur aliquid alterum non ſimpliciter, ſed quaſi aliquid eius exiſtẽs. Et hoc mõ in rebus humanis filius eſt aliquid patris, quia quodammõ eſt pars eius, ut dicitur in 8. *Eth. & ſeruus eſt aliquid Dñi, quia eſt inſtrumentũ eius, ut dr̃ in 1.† Politi. Et ideo patris ad filium non eſt comparatio, ſicut ad ſimpliciter alterũ. Et pp hoc non eſt ibi ſimpliciter iuſtum, ſed quoddam iuſtum. ſ. paternum: & eadem rõne nec inter dñm & ſeruum, ſed eſt ĩter eos dominatiuum iuſtum. Vxor autem, quamuis ſit aliquid uiri, quia comparatur ad eã ſicut ad propriũ corpus, vt patet per Apoſt. ad Epheſ. 5. tamen magis diſtinguitur a uiro, quàm filius a patre, uel ſeruus a dño. Aſſumitur.n. in quandam ſocialem uitã matrimonii: & ideo, ut* Philoſ. dicit, inter [...] plus eſt de ratione iuſti, quàm inter pa[...] uel dominum & ſeruum: quia cum [...] beant immediatam relationem ad do[...] munitatem, ut patet in 1.* Polit. ideo [...] eſt etiam ſimpliciter politicum iuſtum [...] ſtum œconomicum. K

Li.5.c. 6.circa finẽ to.5.

*lib.8.c.12. tom.5. † lj.1.Pol.c. 3.& 4.to.5. D.803.

Ad primvm ergo dicendum, quò[...] pertinet reddere ius ſuum unicuique, [...] men diuerſitate unius ad alterum. Si qu[...] det quod ſibi debetur, non proprie uoc[...] ſtum. Et quia quod eſt filii, eſt patris: & [...] ui, eſt domini: ideo non eſt proprie iuſtit[...] filium, uel domini ad ſeruum.

Ad secvndvm dicendum, quòd fi[...] tum filius, eſt aliquid patris: & ſimiliter [...] tum ſeruus, eſt aliquid domini. Vterque [...] ut conſideratur ut quidam homo, eſt al[...] dum ſe ſubſiſtens ab aliis diſtinctum: & [...] tum uterque eſt homo, aliquo modo [...] ſtitia. Et propter hoc ẽt aliquæ leges d[...] quæ ſunt patris ad filium, uel domini ad [...] inquantum uterque eſt aliquid alterius, [...] hoc deficit ibi perfecta ratio iuſti, uel iu[...]

Ad tertivm dicẽdum, quod o[...] uerſitates perſonarum, quæ ſunt in ciui[...] immediatam relationem ad commun[...] tis, & ad principem ipſius: & ideo ad [...] ſecundum perfectam rationem iuſti. Di[...] men iſtud iuſtum ſecundum diuerſa [...] & dicitur ius militare, uel magiſtratu[...] tum, non propter defectum a ſimplici[...] dicitur paternum & dominatiuum, ſed [...] quod unicuique cõditioni perſonę ſec[...] prium officium aliquid proprium debe[...]

Qvaestio LVIII.

De iuſtitia, in duodecim articulos di[...]

Deinde conſiderandum eſt, de [...] Circa quam quæruntur du[...]

¶ Primò, Quid ſit iuſtitia.
¶ Secundò, Vtrum iuſtitia ſemper ſit ad a[...]
¶ Tertiò, Vtrum ſit uirtus.
¶ Quartò, Vtrum ſit in uoluntate, ſicut i[...]
¶ Quintò, Vtrum ſit uirtus generalis.
¶ Sextò, Vtrum ſecundum quod eſt ge[...] idem in eſſentia cum omni uirtute.
¶ Septimò, Vtrum ſit aliqua iuſtitia par[...]
¶ Octauò, Vtrum iuſtitia particularis [...] priam materiam.
¶ Nonò, Vtrum ſit circa paſſiones, uel [...] tiones tantum.
¶ Decimò, Vtrum medium iuſtitiæ ſit [...]
¶ Vndecimò, Vtrum actus iuſtitię ſit [...] cuique quod ſuum eſt.
¶ Duodecimò, Vtrum iuſtitia ſit præcipu[...] nes uirtutes morales.

Articvlvs primvs.

Vtrum conuenienter diffiniatur iuſtitia, quòd [...] conſtans uoluntas, ius ſuum unicuique [...]

Ad primvm ſic proceditur. Vi[...] conuenienter diffiniatura * Iuri[...] iuſtitia eſt perpetua & conſtans uolun[...] unicuique tribuens. Iuſtitia enim ſecun[...]